



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 129. Sessio XV. Concilii Ferrariensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

vertit; ac inde se animo commoveri sen- Sæcnl. XV.  
A.C. 1438.  
deoscur-  
parent;  
em nul-  
rabant  
ffensus.  
*Nisi i-*  
*ores Du-*  
*rem de-*  
*non am-*  
*dus fut.*  
*ulo na-*  
*olitano,*  
*æ arbi-*  
*tos, ut*  
*debita*  
*omittit-*  
*lione*  
*riens*  
icent,  
citat, haec  
celebra-  
tori, u  
exhibe-  
hil, ac  
pluribus  
& ipse  
nimad-  
vertit  
hunc in modum exorditur. *Propter di- cendi ubertatem atque facundiam habitos esse longos sermones, propterea paucis esse agen- dum, & responsiones reddendas nuda prope- modum affirmatione & negatione.* Moxque subjunxit: *Charisium nihil ipsis attulisse, quod carum, gratumque esset.* Hæc cum Ephesinus dixisset, protinus Cardinalis Julianus objecta multis argumentis di- luens, sermonem adeo prolixum habuit, ut dicentem dies omnino deficeret, totumque Sessionis tempus sibi soli vendi- caret, Marco nequidem unius verbi co- pia relicta.

### §. CXXIX.

#### *Sessio decima quinta Concilii Ferrarensis.*

Igitur ulterior hujus articuli discussio di- *Ibid. p. 210.*  
lata est ad Sessionem decimam quin- tam feria secunda octavo Decembris die celebratam, cui Patriarcha Constantino- politanus non interfuit, adversa valetudine

Cc 4      præ-

Sæcul. XV.  
A.C. 1438

præpeditus. Marcus Ephesinus sermo-  
ne longius protracto, non esse licitum  
Symbolo vel vocem, vel syllabam addere,  
comprobare nitebatur, quo tandem finien-  
te Julianus Cardinalis tam prolixæ hujus  
orationis summam in duodetriginta ca-  
pita distribuit, & raro an dicam perspic-  
ciæ vel memoriæ exemplo ad singula  
respondit, necnon argumentis tum ex  
Philosophia, tum ex sacra Pagina pe-  
titis, vocem *Filioque* licite appositam  
fuisse propugnavit. Haud segnus in-  
stitut Marcus, & oratione Juliani Cardi-  
nalnis in octo partes divisa, adeo proli-  
xum pro sua assertione sermonem insi-  
tuit, ut disputationem potius interrum-  
pere, quam absolvere velle videretur.  
Ad quæ Juliano nequaquam hæfit aqua-  
sed intrepide respondit: si decem propo-  
neret Marcus argumenta, decem milia  
se redditurum ei. Res tamen indecisa  
permansit dissidentium animis semper in  
diversa abeuntibus. Latini enim impen-  
se flagitabant, ut quæstio de processione  
Spiritus Sancti agitaretur, qua utrinque  
penitus discussa, si Spiritum Sanctum a  
persona Filii procedere manifeste pateret,  
omnino vox illa jam recepta, Symbolo  
inserta relinqueretur, si vero ex hoc exami-  
ne deprehenderetur, quod doceri non va-  
leat, Spiritum Sanctum a Filio proce-  
dere, hæc additio omnino a Symbolo  
elimin-

eliminaretur. Ex adverso Græci ante <sup>Secul. XV.</sup> omnia hanc vocem *Filioque* a Symbolo <sup>A.C. 1438.</sup> expungendam dicebant, postmodum autem ipsum dogma examini subjiciendum, & si Latinorum doctrina comperiretur orthodoxa, eam tandem definiendam esse; si vero convinceretur erronea, protinus damnandam. Vigente hac opinionum dissensione, per aliquod tempus ab ulterioribus consultationibus cessatum est.

### §. CXXX.

#### *Concilium Florentias transferendum Græcis a Papa propositum.*

Haud obscure cognoscebatur, Græcos Ferrariae haerere pertæsos, & haud ægre laturos, si Synodus penitus dissolvetur, ut ipsi in patriam suam reverti possent. Hi enim eo ardenter redditum meditabantur, quo apertius perspicient, fieri haud posse, ut Latini ad vocem illam *Filioque* de symbolo tollendam inducerentur; eo vel maxime, cum & ipsi hanc additionem nullo pacto acceptare decrevissent. Hæc dum ita agitantur, Papa Imperatori & Patriarchæ suam de Concilio Florentiam transferendo sententiam aperuit. Cogebat ad id tum pestilentia Ferrariae graffans, cuius major adhuc violentia transacta hyeme

C c 5 time-